



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Convulsio Calvniarvm Vlrichi Veleni Minhoniensis,
quib[us] Petru[m] nunq[uam] Romæ fuisse caullatur**

Fisher, John

Antvverpiae, 1522

Calvniae Decimae Svmma,

urn:nbn:de:hbz:466:1-35690

ac magis exardesceret. Satis igitur ista Calumniam nonam
labefactant.

PERSVASIO DECIMA:

Colossensibus per Tychiū ac Onesimū scribēs Paulus in recessu epistolæ addit, Salutatur vos Aristarchus captiuus meus, & Marcus cōsobrinus Barnabæ, & Iesus qui dicitur iustus, qui sunt ex circumcisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei, qui mihi fuerunt solatio. Salutatur vos Epaphras qui uestras est, seruus Iesu Christi. Salutatur vos Lucas medicus charissimus, & Demas. Vide quā oēs nomīnati enumerat, qui tūc ei aderant, & cooperatores eius erant in regno dei, hæc est ecclesia Christi. Gregorius em̄ inquit, Sape in sacro eloquio regnū cœlorū præsentis tēpōris ecclesia dicitur. Et Christus apud Lucā, regnū dei, inquit, intra nos est. Quas ob res Paulus dicit, Hi soli sunt adiutores mei in regno dei. Quid ergo Petrus, nunquid tanquā ueteranus quidā, ac emeritus miles in oeciū tunc se receperat, ut nō pro sua uirili euāgelicas adiuuaret partes, cooperatores in regno Christi nō fieret? quod de Petro sentire horret animus, p̄inde nō te habuit tūc Roma Petre. Nam si fuisses Romæ & Paulū eundē Christū prædicantē nō iueris, eius iā factionis fuisses Apostolus, quæ nō Christū ædificaret, sed destrueret, ac demoliretur. Omne em̄ regnū, Christo dicente, in se diuisum desolabitur, ac domus supra domum corruet.

CALVMNIAE DECIMAE SVMMA,

Colossensibus identidem Paulus scribens, in Epistole recessu sic dicit, Salutatur vos Aristarchus cōcaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, & Iesus, qui dicitur iustus, qui sunt ex circumcisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei, qui mihi fuerunt solatio. Salutatur vos Epaphras, qui uestras est, seruus Iesu Christi. Salutatur vos Lucas medicus charissimus, & demas. Vides quā oēs nomīnati enumerat.

E i

rat, qui tunc esaderant, & cooperatores eius erāt in regno dei, hoc est ecclesia Christi. Quid ergo Petrus, nunqd rāq̄ veteranus quidā ac emeritus miles, in ocium tunc se receperat, vt nō pro sua virili euangelicas adiuuaret partes, cooperatorq̄ in regno Christi non fieret? Quum igitur hoc animus horret de Petro sentire, palam est eum tunc Romæ nequā fuisse,

RESPONSIO.

SInō fuissent plures in regno dei cooperarij, q̄ quos hic enumerauit Paulus, vbi quæso Iacobus tum fuerat, vbi Ioannes euangelista, vbi Barnabas ac cæteri Apostolici quorū plaricq̄, nemo dubitat, quin iam extarent, nulla tyrānorū adhuc crudelitate necati. Sed inquis. Hi nequaquā Romæ fuerunt. Quid si Romæ non fuerant? laborabant nihilominus in regno dei. Neq̄ negabis opinor quin alibi quā Romæ, dei regnū vigeat. Sed de his (inquis) paulus intelligit, qui Romæ laborabant. At neq̄ de oibus his intellexisse Paulum, vel ex argutia tua proxima constare potest, qua testaris dixisse Paulū, q̄ sua occasione passim Romæ prædicatum ab omnibus fuit Euangeliū Christi. Hoc tu affirmas scripsisse Paulum ad Philippenses. Q̄n igitur eodem tempore scripta fuerat hæc ad Colossenses epistola, qui fieri potuit, vt paulo tum Romæ non essent plures ad regnum dei cooperarij q̄ hi treis, nimirum Aristarchus, & Marcus atq̄ Iesus, quum idem (vt tu recenseres) asserat euangeliū, Romæ passim ab oibus, occasione sua iam fuisse prædicatū? Num hoc est passim ab oibus prædicari, quū a tribus dūtaxat euangelium prædicatur? Erras igitur Paulum haud recte capiens. Neq̄ enim istantū dixit, hi soli cooperarij sunt ad regnum dei, sed adiecit qui fuere mihi solatio. Vt intelligas hos præcæteris (qui ad dei regnū paulo cooperabantur) eidem fuisse maiori solatio. Et more suo fortassis hiperbolice locutus est, volens ita peculiarius eos Colossensibus commendare. Non prorsus itaq̄ negat Paulus, alios fuisse libi ad

Philip, i,

Allucinatur
Velenus,